

Theologiæ Sacramentalis Scholasticæ Et Moralis Pars ...

Ad Mentem Doctoris Subtilis Ioannis Duns Scoti D. Augustino conformen

In quâ tractatur de Augustissimo Eucharistiæ Sacramento, ac Sacrificio
Missæ, ...

Bosco, Jean a

Lovanii, 1667

Concl. XXXV. Sacerdos recitans Gloria, &, Credo, quando non sunt
recitanda, aut aliquam commemorationem, ad summum peccat venialiter.

Similiter qui ut privata persona ex peculiari devotione, dum ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73377](#)

Sect. 5. De solemn. Missæ Sacrificii cerem. Concl. 35. 611

CONCLUSIO XXXV.

Sacerdos recitans *Gloria*, & *Credo*, quando non sunt recitanda, aut aliquam commemorationem, ad summum peccat venialiter. Similiter qui ut privata persona ex peculiari devozione, dum secretè orat, addit Pater noster, vel Psalmum Misserere, aut quid simile. Idem sit iudicium de illo, qui in Canone nominat suum Generalem & aliis nominibus Sanctorum addit nomen sui Patroni, vel Patroni loci.

714. *Dicere Gloria, vel Credo,* cum non est dicendum, est levatum;

Ratio est parvitas materiae. Sanè si absque gravi peccato omittuntur *Gloria*, & *Credo*, quando recitanda sunt, quidni etiam sine mortali peccato addantur, quando non sunt recitanda? Quamvis enim, ut conclus. 33. dictum est, gravius sit peccatum addere, quam omittere; non sic tamen ut additione sit peccatum mortale in eadem materia, in qua omissione est peccatum veniale, sed sufficit quod sit majus peccatum veniale.

Itaque cum recitatio Cantici Angelorum, & Symboli Apostolorum ab Ecclesia in pluribus Missis usurpetur, & in multis omittatur, videtur nobis levis materia tam respectu additionis, quam omissionis. Et eadem est ratio alius communis memoriationis; nam sèpè plures, subinde pauciores in Rubricis prescribuntur, & ideo exigua est inordinatio contra prescriptum Rubricarum, vel plures recitare, vel pauciores, dummodo saltem una recitetur, & communis numerus non notabiliter excedatur.

715. *Zudem est ratio de orationibus celebrazione fabricatis,* ut Ordinatio altaris orationibus, que non sunt in usu Ecclesiæ (sive simpliciter, ut si quis reciteret orationes à seipso fabricatas, aut saltem quibus non solet uti Ecclesia in Sacrificio Missæ, ut Oratio Dominica, que secretè recitatur, vel Psalmus Davidicus) quamquam sit major ratio dubitandi; tamen non video quare etiam in illis non possit & debeat admitti partitas materiae; præfertim quando adduntur tantum ex aliqua particulari devotione, minime tamquam partes Officii Missæ. Sic enim non directè peccatur contra Bullam Pii V. in qua Pontifex solum præcipit, ut nemo quid-

quam addere præsumat, ad quod requiritur malitiosa intentio.

Interim (ut adverrit Dicastillo disp. 4. n. 268.) stultissimum peccatum erit; nam cum oratio ad hunc finem ordinari debeat, ut Deus colatur, & impetretur ab illo quod petitur, stultissimum est adhibere ad id medium, quod non ad cultum, sed ad culpam, non ad placendum, sed ad dispendendum, non ad impenetrandum & merendum beneficium, sed ad supplexum potius & poenam, tamquam culpa, vel publica adhibeatur, licet venialis, deserbit; immo si publicè talis oratio adhibeatur, poterit esse mortale aliquando ob scandalum. Quod iudicio prudentis discernendum est. Ita ille.

Evidenter puto eos qui id faciunt raro advertere malitiam, etiam venialcm, & qui viident viros alioquin probos & devotos, id practicantes, raro scandalizantur, immo communes homines bene subinde adificantur, multumque illas particulares devotiones ponderant, quoniam nesciunt Rubricas.

Profectò hanc particularem devotionem legimus practicasse Sanctum Xaverium Indianum Apostolum, addebat enim (ut habet Lucena in ejus vita lib. 1. c. 5.) ante Communionem orationem à se latine compositam pro conversione Indorum sequentis tenoris: *Externe Deus omnium rerum Creator, momento Insidelium animas te solum creasse, quas ad imaginem & similitudinem tuam fecisti. Ecce Domine in opprobrium tuum eis ipsis implentur inferni. Memento Domine Iesu Christi Filii tui, quæ sanguinem tuum tam liberaliter effundens, pro illis passus es. Ne permittas Domine eundem Filium tuum Dominum nostrum à Paganis amplius contenni, sed precibus Sanctorum electorum tuorum, & Ecclesia Beatisime eiusdem Fili tui Sponsæ platus, recordare misericordie tuae, & oblitus idolatriæ, & infidelitatis eorum, sac ut ipsi quoque agnoscant, quem misisti Iesum Christum Filium tuum Dominum nostrum, qui est Salus, Vita, & Resurrexio nostra, per quem salvati & liberati sumus, cui sit gloria per infinita secula seculorum. Amen.*

Ita orabat S. Xaverius, quoties offerebat incruentum Missæ Sacrificium. Numquid **717.** *Quod ne-
stultissimum?* Absit à nobis haec cogitatio. A fortè excusandus venit, quia id fecerit ante Concilium Tridentinum, & Pium V. ? Certe nullo unquam tempore licuit unicuique pro libitu recedere ab ordine Missæ in Ecclesia recepto. Alioquin tremendum hoc Mysterium, omni Religionis cultu ac veneratione dignissimum, infinitis suislet expositum superstitiobibus, & quod in Ecclesia Dei esse debuisse tamquam castrorum acies ordinata, confusissimum chaos extitisset.

Lege Decretum Tridentini de observan- **718.** *nam ante
& scriptum invenies: Cum igitur multa iam sive
temporum vitio, sive hominum incuria & improbi-
tate*

Hhh 3

vatas ora-

itate irreipende viucentum, quia a ianuâ Sacrifici agnitiæ aliena sunt, ut ei debitus honor & cultus ad Dei gloriam, & fidelis populi adificationem resiliatur, decernit Sancta Synodus, ut Ordinariis locorum Episcopi ea omnia prohibere, atque à medio tollere sedulè carent, ac tenentur, quæ vel avaritia, idolorum servitus, vel irreverentia, quæ ab impietate vix sciuntæ esse posse, vel superstitione verpietatis falsa imitatrix induxit. Inter hæc autem postremo loco enumerat, Ritus alios aut alias ceremonias & preces.... prater eas qua ab Ecclesia approbatæ, ac frequenti & laudabilis ufo recepta fuerint. Ergo ante Concilium Tridentinum illicitum erat aliis precibus uti.

719. *ut patet ex
Conc. Cat-
h. III.* Quare miramur? In Concilio Carthaginensi III. Provinciali, convocato anno 397, confirmato autem in sexta Synodo Generali in Trullo celebrata anno 680, decernitur cap. 23. *Vt nemo in precibus vel Patrem pro Filio, vel Filium pro Patre nominet. Et cum ad altare assistatur, semper ad Patrem dirigatur oratio. Et quascumque sibi preces aliquis describit, non eis iuratur, nisi prius eas cum instructionibus fratribus contulerit.*

Et in Concilio Milevitano II. quod habi-
tum fuit sub Innocentio I. anno 416. ab eo-
& Milevi-
tano 11. que confirmatum, statuitur cap. 12. Ut preces
vel orationes, seu Misse que probata fuerint in Con-
cilio, sive Praesationes seu commendationes, seu ma-
nus impositiones, ab omnibus celebrantur. Nec alia
omnino dicantur in Ecclesia, nisi que a prudentiori-
bus tractata vel comprobata in Synodo fuerint,
ne foris aliquid contra fidem, vel per ignorantiam, vel
per minus studium sit compositum.

720.
Variz ex-
cuses illius facti-
Tamburinus.
Quâ ergo auctoritate Sanctus Xaverius il-
lam orationem compofuit, & publicè, aut fal-
tem privatim in Missa recitavit? Respondet
Tamburinus suprà cap. 5. §. 3. n. 3. fortasse
id obtinuit à Sancta Sede. Quid si ipse, utpote
Summi Pontificis in his Regionibus Legatus,
ſibi id indulſit? Quid si Sanctus vir divinâ in-
ſpiratione id fecerit? Ita interrogat Tambu-
rinus.

Addere potuisset: quid si fecerit per ignorantiam invincibilem, putans ex ardentí zelo animatum sibi licere, quod à parte rei non licet? Sic enim non raro experimur, viros, alioquin Sanctos, & Deum timentes, &, ut sic loquar, nimium amantes, facile sibi persuadere aliquid esse licitum, quod si oculatiūs introspexissent, non dubitassemus esse illicitum.

Emendat enim quid interest vocalem addam orationem, an mentalem? Et tamen cum Ecclesia tantum prescripsit triplicem orationem mentalem in Missa, scilicet in primo Memento pro vivis, in secundo pro defunctis, ac denique post sumptionem Corporis, ubi in Canone, seu Ordinario Missae dicitur in Rubrica illius: Quiescit aliquantulum in meditatione sanctissimi Sacramentorum: nuper in nostro

Conventu, unus ex Sacerdotibus dimidiis de-
votus, quartam orationem mentalem addi-
dit ante sumptionem cum Corpore Christi in
manibus, quod etiam de alijs testatur. Dic-
astillo supra n. 269. Putas autem quod id fac-
tent, si apprehenderent se peccare, vel sicut
venialiter? Non est credibile.

Quantum ad tertiam partem Conclusionis,
sunt qui existimunt, Sacerdotem Regularem
peccare mortaliter, si in Canone Missae pro
nomine Episcopi, ponat nomen Generalis sua
Religionis. Ita Diana part. 2. tract. 14. resol.
40. fundans se in Declaratione Cardinalem,
quam refert sub his verbis: Cum Cesar Episcopus
Novariensis in Hispania Nuntius Apostolorum
esset, sicut coram eo dubitatum, an Religio peccare
mortaliter, in Canone Missae commemorationem fa-
cientes pro Episcopo loci, in cuius locum ponebant
superiore Ordinis? Consulta ab ipso Nuntio Sancta
Sedes Apostolica respondit eos mortaliter peccare, cum
sit ad unigenitum Missale observandum, nec in Collegiis
Missae posse aliquid addi sub eadem pena preter ora-
tionem solitam pro Rege & eius prole; & excep-
citu.

Sed quæ utilitas inquis, in tot tantilque pec-
catis mortalibus? Res in se parva est, ut pa-
tet. Ratio autem præcipendi, quæ, & qualis
ut constituat rem formaliter magnam, non
fiat ad myndum ritum, vel ex contemptu
Episcopi?

Audio respondentem , ratio est , fructus respondit
Sacrificij , quem illi majorem percipiunt , pro
quibus in speciali oratur , & quo privat
Episcopus contra ius quod habet ex ordinatio-
ne Ecclesiae . Atque ut fructus , qui correspon-
det speciali illi orationi unius alterius Mis-
se parvus esset , quidni magnus sit , qui pro-
venit ex tot centenis & millenis Missis , que
celebrantur a Sacerdotibus Regularibus ? Hec
diligenter expende . Nam quod attinet ad de-
clarationem Cardinalium , de illa nobis non
constat authenticè & ideo parum curanda .

comit autem, & ieo parvus anima.
An autem hæc declaratio coincidat cum illo
decreto Sacra Rituum congregatiōis 12 No-
vembri 1615. quod citat Gavantus in Ru-
bric. part. 2. rit. 8. n. 2. in fine, nescio, ne-
que euro; quia etiam de hoc nobis non confit
authentice, ut omittam quod non explicit
peccatum mortale, ut colligitur ex forma
verborum, sub qua à Gavanto refertur, vide-
licet : *Caveant Regulares ne in Canone nominent
Superiores suis, ut Antifunies.* Sed neque hic Au-
diens, ^{Demandans}
erit ullo verbo significat sic nominare suos
Superiores esse peccatum mortale.

Cæterum licet admitteremus omissionem nominis Episcopi loci, in quo celebratur (de illo enim intelligitur Rubrica ista, & non de Episcopo ipsius celebrantis) esse peccatum mortale; nūm ideo etiam additio nominis Generalis, five Superioris Religionis? Minime; quia res tam materialiter, quam formaliter

Sect. 5. De solemni Missa Sacrificii cerem. Concl. 36. 613

non ideo
additio no-
minis Piza-
lati,

parva, & de illa additione loquitur nostra
Conclusio.

Si dixeris cum Cardinalibus suprà, Missale
ad unguem esse obserendum. Respondeo;
planè, sed quod ideo vel ad latum unguem ab
illo recedere, semper sit peccatum mortale,
hoc est quod constantissimè negamus, nec ullus
Cardinalium credo unquam probavit, aut pro-
bare poterit.

Et idem affero de additione nominis alicui-
jus Sancti; sicut enim superius diximus, non
esse mortale, unum aut alterum nomen omit-
tere, ita non video quare unum aut alterum
addere, foret peccatum mortale. Interim per
se illicitum est, & tantò magis, quantò pars
illa Missæ reliquias dignior est, semper tamen
intrà latitudinem peccati venialis.

Hinc licet jam consuetudine introductum
sit, ut in confessione generali, quæ dicitur in
initio Missæ, Regulares nominent suum San-
ctum Patriarcham, v. g. Franciscum, Domini-
num &c. equidem in Canone nemo id ha-
cenus, saltem quod scitur, attenitavat.

Ex his facile erit judicare de alijs similibus
additionibus sive verborum, sive ceremonia-
rum & instrumentorum, qua ex prescripto
Ecclesiæ in celebratione Missæ non solent ad-
hiberi: par enim est omnium ratio, attentâ
gravitate & levitate.

Nunquid etiam par ratio interruptionis
Missæ? Maximè; & quidem

CONCLUSIO XXXVI.

Peccat mortaliter qui sine gra-
vissima causa interrupit Sa-
crificium Missæ quoad par-
tes essentiales, id est, Confe-
rationem Corporis, & San-
guinis, imò & sumptionem,
estò tantùm sit pars integralis.

debet; quare ni certus omnino sis, depone
dubium; hoc est, tibi persuade (quandoqui-
dem non es certus) pergere posse, & per-
gito.

Confilium bonum (quod etiam invenies Tamburini,
apud Fagundez de 1. Præcep. Eccles. lib. 3.
cap. 28. n. 19.) sed casus est metaphysicus,
quo præcisè inter confectionem unius; &
alterius speciei, certitudo; vel dubitatio in-
cideret. Facilius contingere posset tempore; In dubio
quod intercedit inter confectionem, & sum-
ptionem; quamquam & illud nunquam fue-
rit visum, vel auditum.

Interim tamen si fors continget aliquem 726.
tunc reddi certum, se non esse Sacerdotem, An certus
quero, an ad evitandum scandalum, quod re ad evitandum
suppono indubie secuturum; si recedat, id- dum scandi-
lum?

Hæretici, quia sunt præsentes
Hæretici, quero, inquam, an possit talis pu-
tatius Sacerdos; cum non sit amplius peri-
culum invalidæ confectionis, sumere panem
& vinum invalidè consecrata, ceteraque
mōe solito perficere, eā intentione, quā
illi, qui faciunt Missam siccā, ut loquuntur?

Profectò non video quid possit obstat, &
præter periculum materialis idolatriæ. Nam illo
seculo, fortè etiam posset simulare con-
fectionem ipsam, id est, proferre verba sine
intentione consecrandi. Jam autem quia illud
ordinariè subest, ideo statim Sacrificium estet
interrumpendum, non obstante scandalo,
quod inde posset oriri.

Probatur; qui non sunt facienda mala ut
eveniant bona, teste Apostolo Rom. 3. v. 8. ubi sic inquit: Et non (sicut blasphemamus, & sicut aiunt quidam nos dicere) faciamus mala ut eveniant bona, quorū damnatio iusta est. Atque in his circumstantijs obtinet Regula juris: Utius scandalum nasci permit-
tur; quā veritas relinquatur. De Reg. juris cap. 3. Qui scandalizaverit. Vide dicta disp. I. Rom. 3. cap. 3. de Reg. Iuris 7. conclus. 14.

Alium casum metaphysicum propono, & 727.
quero: An sicut Sacerdos, qui bonâ fide Missam incipit, si hostes, Hæretici v. g. in-
gruit ad occidendum ipsum in altari, potest hostiam consecratam statim sumere, vel secum auferre, si ad consecrandum calicem sine evi-
denti mortis periculo progredi non possit, an,
inquam, par ratione ex metu mortis, qui in-
cutitur non in contemptum, sed in alium fi-
nem, v. g. ad infirmum communicandum,
possit incipere Missam cum animo sic inter-
rumpendi?

Tamburius suprà n. §. negat: affignat au-
tem disparitatem; quia in secundo casu dire-
ctè intenditur Sacrificium imperfectum, quod, An licet
quia est contra Christi præceptum, numquam habere in-
tentio-
nem, nec offerri potest. Quidni ergo absti-
neret à confectione Sanguinis, quam certo
novit fore invalidam?

Certò, inquam; nam in loco & re tam gra-
vi, inquit Tamburius lib. 2. cap. 7. §. 1. n.
2. nec scrupulus, nec dubium te commovere

Sicuti prop-
ter idem pe-
nitentiam
non licet
peccatori
occulto por-
rigere Hostia
non conve-
ctatam loco
consecratae
Rom. 3.
cap. 3. de Reg.
Iuris

An licet
Missam es-
tentialiter
interrump-
te es mea
mortis

An licet
habere in-
tentio-
nem
si inter-
rumpendi

728. D E hac Conclusione diffusè egimus dis-
putatione præcedenti sect. 4. conclusi. 11.
per totam. Tantùm hic addo unum aut aliud
verbum. Si continget quempiam confe-
ratione Corporis peracta, certò cognoscere se
non esse Sacerdotem, non solum non potest,
non esse Sa-
cerdotem, certò cognoscere se
non esse Sa-
cerdotem, tenet incepsum Sacrificium in-
terrumpere; si vera interrupcio est, ubi nul-
lum Sacrificium, vel saltē partialiter, est ob-
latum, aut offerri potest. Quidni ergo absti-
neret à confectione Sanguinis, quam certo
novit fore invalidam?

Certò, inquam; nam in loco & re tam gra-
vi, inquit Tamburius lib. 2. cap. 7. §. 1. n.
2. nec scrupulus, nec dubium te commovere

illud.